



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

216 Non idem esse in Prioratibus, & quare?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

non est sed ad incertissimum tempus tantum concessus quasi precario? Nec enim sufficit, ex indulgentia Pontificis posse quid esse vel fieri perpetuum, sed requiritur ut re ipsa per Pontificis gratiam sit iam factum concessumque perpetuum (id est ad vitam usque durans) quidquid proprii seu beneficii seu officii nomine censebitur, ut vel ex hoc unico cap. nostri verbulo sua liquidò constat. Nec est vlllo modo simile quod Senensis adfert ex l. sufficit § 6. de condict. indeb. vbi dum incertum est an temporaria sit futura exceptio an verò perpetua, solum repeti potest; ut exempli causa, si debitor pactus fuerit ne à se peteretur donec Titius fieret Consul, atque nihilominus per errorem soluerit non expectato Titij Consulatu; reperet: quia fieri potest ut nunquam Titius fiat Consul sed antea moriatur. itaque fieri posse & iam factum esse habetur eo loco pro iisdem in fauorem condicentis indebitum. quod secus & in obligationibus & in exceptionibus in diem; quia solutum ante diem repeti non potest eo quòd certissimum sit hunc diem quandoque venturum. d. l. sufficit. & l. sub conditone. cum l. nam si cum moriar. de condict. indebiti. Sic fieri quoque potest ut Prioratus huiusmodi nunquam auferatur neque prior ille domum reuocetur, siue per vltroneam Abbatis voluntatem siue per Pontificis confirmationem indubitata; igitur habendus est Prioratus omnis obediencialis, ex ista superiore Senensis opinione, pro perpetuo poteritque consequenter

214

Fieri quid posse, & factum esse, paria minime sunt.

215

In condictione indebiti, incertitudo exceptionis, an sit temporaria an perpetua facit ut habeatur pro perpetua.

216

Nō idem esse in prioratibus, & quare.

h iij quenter

quenter permutari. Neganda est consecutio; quia non, ut mors hominis est certissima, consulatus incertissimus, ita quoque impetratio prioratus perpetui certissima est, immò incertissima; tantoque incertior quanto contra naturam talis Prioratus insolentior: adeò ut impetratio talis ut plurimum pro falsa habeatur in iis qui Prioratibus illis à proprio sunt Abbate præfecti cap. porrecta. de confirm. vtil. vel inutil. propter odium nempe facti prorsus illiberalis istorum qui contra proprios Prælatos à quibus promoti sunt indignissimè cristas erigunt & obedientiam solenniter votam superbè excutere moluntur aduersus illos quibus ipsimet omnia sua debent accepta referre. Quibus accedit, quòd indebiti conditio summè sit fauorabilis propter æquitatem naturalem liberationibus magis propiciam & addictam, tùm etiam ne quis post enervatam obligationem, qua tenebatur, indebitè soluens afficiatur damnis; at permutatio functionum seu administrationum vel dignitatum vel præbendarum Ecclesiasticarum cum semper aliàs est odiosa tum præcipuè temporariis atque manualibus istis in beneficiis vel potius administrationibus odiosissima ne dicam flagitiosissima. Sanè si consenserit Abbas in duorum talium priorum commutationem, ut scilicet alter in alterius hinc inde migret locum, non tamen permutatio propriè dicetur hæc mutua vel commigratio vel commutatio, sed mera translatio.

verum

217

*Impetratio
permutatis in
prioratu o-
bedientiali,
pro falsa ha-
betur.*

218

*Quid si consen-
serit Abbas
in mutua
Priorum com-
migrationem
an hæc permu-
tatio sit an
Translatio?*